

QUÆSTIO XXVI.

Quomodo intelligenda sint illa verba: In hoc moriens æternum non patietur incendi m.

326. Quæ verba dicta sunt à Sacratissima Virgine ad sanctum Simonem cum præberet Scapulare, in hoc moriens æternum non patietur incendium, quæ quidem verba non sunt unde accipienda sed cum sua expositione intelligenda, ut exponunt Reverendissimus Generalis Stratus in tract de Indulgent. Scapular. Thomas à Jesu lib. de conf. aternitate Carmelitana Lezanat. 4. ad an. 1251. Leo à S. Joanne; Irenæus à S. Jacob. Theoph. Raynaud. to 7. tract. de Sap. Marian p. 2. q. 7. Vineæ Carmeli à an 804. & triplex est expositio, quæ altius est explicanda.

Stratus. Th. mas à Iesu. Lezana. Leo. Irenæus Rayn.

327. Joan 6. Jo in 3. Marc. ultim.

Rom 10.

Si obser- vanda obser- verint.

Prima. Quod prædicta verba sunt exponenda, sicut, & alia multa Sacræ Scripturæ, ut Joa. 6. S. quis manucaveit ex hoc pane vivet in æternum Joan. 3. ait Christus D. O. omnis, qui credit in eum, non periret, sed habeat vitam æternam Marc ult. Qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit Rom. 10. Si confiteris ore tuo Dominum Iesum & toto corde credideris, servus eris. Quæ omnia, & similia, ut suo loco dixi exponenda sunt, si dei mandata adimpleveris, & feceris, quæ præcepta sunt, sic ait sanctissima Virgo. Et in unum non patietur incendium. Si observanda observaverit.

328.

Sacrum Scapulare magnum adjuvamen.

Dices, Ergo Sacrum Scapulare nullum dat privilegium, negatur illatum, magnum quippe est privilegium, tunc enim Sacrum Scapulare est veluti pignus ac veluti tessera ingentis gratiæ, & auxilii, ut si in peccatis es, ad penitentiam exciteris, si in gratia ut in illa perseveres, & removendo omnia, quæ te ab illa possunt detrahere, Sanctissima Virgo in omnibus imitabatur, & sequebatur filium suum Iesum, Christus d. ut est communis sententia Patrum, & doctorum, ut dixi multis in locis, quos sanabat in corpore, sanabat in anima, eosque gratia sua illustrabat, sic Sanctissima Virgo innumeros gestantesuum Scapulare sua intercessione sanavit in corpore, & eadem intercessione in anima sanavit impetrans illis gratiam, & penitentiam peccatorum. Adolescens furibundus gestans Scapulare præ furore ter pugione evaginato se percutit in pectore, nulloque vulnere inflicto tanto miraculo compunctus confitetur, & agit penitentiam. Quidam famofus latro suspenditur in furca impenitens, & per tres dies suspensus permanet, postea extractus inventus est vivus, quod virtute Sacri Scapularis, quod gestabat, testatur, recepit Sacramenta, & moritur. Quidam infans mortuus prodit ex matris utero, & dolentibus sum noperè parentibus, eò quod non solum corpore, sed anima moreretur, imposito illi Sacro Scapulari revixit puer, baptizatusque post undecim dies moritur, sicque in multis aliis.

Vi go quibus impetrat sanitatem corporis. Et anima conciliat.

329.

Virgo quantum est ex se.

Secunda expositio, Prædicta verba intelligenda esse, quantum est ex parte Virginis, illiusque intercessione, nisi per nos steterit, sicut intelliguntur illa verba, Deus vult omnes homines salvos fieri, quantum est ex se, obstaculum, & impedimentum est ex nobis, ac ex nostra malitia. In Bethsaida offerebant Christo d. hominem cæcum, & deprecabantur ei, ut imponeret super illum manus suas, ut visum reciperet, Iesus vero imposuit manus suas interrogavit eum, si quid videret, respondens a 1. Video homines velut arbores ambulantes, deind. imposuit manus super oculos eius, & cepit videre Marc 8 n. 23. Cur quando Christus primo imponit manus suas,

Marc. 8.

in quibus omnia dedit Pater, non bene vidit, quia fides hominis non erat perfecta, at postquam fides crevit, & perfecta, tunc vidit, ut ex Vict. Antiocheno, d. Chryologo dixit. 6 in Evang. ad c. 8. Marc. folo- q. 3 sic ex parte Virginis promptum est auxilium, cum ejus intercessione, ne quis patiatur incendium æternum, & in hoc sensu ipsa dicitur janua Cœli, porta Paradisi, Scala Jacob. Ita Stratus, & Lezana, & in hanc sententiam magis inclinatur theophilus Raynaud. citat. Tertia expositio de Purgatorio dabo infra q. 27.

Textus Nomen hoc tantu saculo Ordinem sibi tam acceptum malis prerogativis Beatissima Virgo insignivit, verum & in aliis cum ubique & potentia, & misericordia plurimū valeat filios in Scapularis sociæ atern relatos qui abstinentiam modicam, precesque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro ratione sui status castitat in coluerunt, materno plane affectu digne Purgatorii expiatur solari, ac in celestem patriam obtentu suo quantum pie creditur asferre.

Bulla Pauli Papæ V.

Fratribus Ordinis Carmelitaru permittatur predicare, &c. quod populus Christianus possit pie credere de adjutorio animarum fratrum, & confratrum sodalitatibus B. Virginis Maria de Monte Carmelo, videlicet Beatissimam Virginem an mas fratru & confratru in Christo decedentiu, qua in vita habitum gestaverint, & castitatem pro suo statu coluerint officiumque parvu recitaverint, & feria quarta, sexta & sabbatho à carnibus abstinuerint, nisi ubi in his diebus Nativitas Domini incidit, suis intercessionibus continuis, priusque suffragiis ac meritis, ac speciali protectione post eorum transitu, præcipue in die Sabbathi, qui dies ab Ecclesia eidem Beatissima Virgini Mariae dedicatus est adjuturam

Romæ 11. Februarii 1613.

EXPOSITIO.

Accedamus jam ad explicandam magnam illam, & valde singularem, particularem que Indulgentiam de solari adjutorio Virginis Mariæ pro animabus fratrum, ac confratrum Ordinis B. Virginis de Monte-Carmelo, ob cujus specialem gratiam, ac excellentiam gestarunt Summi Pontifices Joan XXI. Alexand. V. Greg. XIII. Greg. XIV. Clemens V. I. Clemens VIII. Greg. XV. Paulus V. Alexander. VII. Urbanus VIII. omnes fere Reges Hispaniæ ac Galliæ, & Serenissimus noster Rex Sebastianus in hac nostra Olyssiponenſi Ecclesia coram optimatibus multa cum devotione suscepit,

330.

Summi Pontifices, & Reges.

QUÆSTIO XXVII.

Sanctissima Virgo Maria vehementer exorat, ac intercedit pro animabus Purgatorii.

In hoc imitata est Sanctissima Virgo filium suum Iesum Christum, qui frequenter pro animabus Purgatorii orabat ad Patrem, ut dixi tom 5. in Evangelia lib. 8. c. 2. q. 5. n. 4. ex d. Paschal. explicante illa verba Matth. 26. 27. Tristis est anima mea Sic ait S. pater: Ea omnia ferè mala in momento vidit Christus

331.

D. Paschal.

D. Aug. Christus orabat pro animabus Purgatorii.

332. Ecc. 24. Virginis pietas in animabus Purgatorii.

333. Revelatio facta B. Brigittæ.

D. Aug.

334. Christus traxit animas Purgatorii.

335.

Gerson. Bostius in die assumptionis evacantur est Purgatorii.

336. De indulgentia Purgatorii.

Christus, qui imminet generi humano, & mada per partes admitti, pro quibus omnibus non filii, sed pro nobis genuit. Quæ verba non solum de hominibus in hoc seculo, sed etiam de animabus Purgatorii intellige, de mali pena, quæ ibi sustinent quia, ut docet D. Aug. tom. 10. serm. 44. ad fratres in Eremito summa pietatis Christianæ est orare pro animabus purgatorii: Christus d. est supremus Magister totius pietatis, ac clemenciæ, & eam docuit, ergo etiam pro animabus oravit. Deinde, quia ut ibi dixi, & tenet Recentiores, Salmeron, Cornelius Estius, & alii Christus tristatus est, & oravit pro laboribus & afflictionibus, quas Martyres, Confessores, Virgines, & servi sustinent ergo etiam pro penis, & molestiis, quas animæ in Purgatorio patiuntur quæ maxime indigent.

Tum ex summa, ac intrinseca pietate, ac visceribus misericordiæ explicat D. Bernardinus Senensis t. 3. serm. 3. art. 2. c. 5. Illud Ecclesiast. 24 n. 8. a Virgine maria dictum pro animabus Purgatorii existimat. In fluctibus maris ambulari, ac si dicat: In regno Purgatorii Dominus tenet. Pena squiden Purgatorii ideo dicitur fluctus, quia transitoria est, sed ad litur maris, quia nimium amara est, & ab his tormetis liberat Beata Virgo maxime de votis suis. Et rectè Purgatorii penæ dicitur fluctus maris quia perpetuo sine intermissione agitantur, ac concutuntur & ab his tantis penis Beatissima Virgo animas in Purgatorio sua liberat intercessione.

Ut ipsa revelavit S. Brigittæ lib. 4. Revelat. c. 138 dicens: Sum mater omnium, qui sunt in Purgatorio quia omnes penæ, quæ debentur purgandis, pro peccatis suis, in qualibet ho a propter preces meas quodam modo mitigantur. Mater se dicit eorum, quia ut pia mater non cessat pro eis agere, ac rogare, præcipue cum, ut ait D. Aug. Christiana pietas est pro eis orare, quanto magis ipsa pro eis orat cum sit mater totius pietatis.

Hanc summam ejus pietatè voluit ejus filius Iesus Christus maxime honorare, nam & sicut ille descendens ad Limbum, ut educeret animas sanctorum patrū, ad majorem majestatem declarandam fecit etiam adduxit animas purgatorii, ut ex D. August. tenet Doctissimus Bellarm. lib. 1. de Purgatorio c. 3 ex illo Zachariæ loco c. 9. n. 15. Eduxisti viivos de lacu, in quo non est aqua.

Sic etiam cum Sacratissima Virgo ascenderet in cœlum magno angelorum comitatu ei concessum fuit à filio suo ad majorem diei festivitatem ut omnes animas purgatorii secum deferret in Cœlum. Ita affirmat Gerson tr. 4. in Magnificat, & Bostius part 11. Marial ser. 1. de Assumpt ex aliis ait: Pie creditur Dei privilegio in Virginis assumptione evacuatum esse Purgatorium. et hac singularem pietatè in animas Purgatorii existimat citatus Bernardinus de Bultio esse unā ex duodecim stellis, quibus coronatur Sacratissima Virgo, cujus nomē Mariæ pronuntium, ac auditum magnum consolationis levamen est ipsis animabus, ut ex aliis tradit Fr. Anton. a Nativitate Sylva suffrag. lib. 5. cap. 1. n. 19, & 21.

QUÆSTIO XXVII.

De magno ac insigni adjutorio animarum Purgatorii erga Carmelitas.

Sanctissima Virgo Maria apparet S. Simoni dat Sci Sacrum Scapulare, & ait, Hoc erit signum tibi & cunctis Carmelitis privilegium, quod in hoc pie moriens æternum non patietur incendium, & est pars

Bulla Sabbathina, quæ dedit Joannes XXII. & ad integrum refert, & confirmavit Alexand. V. Clem. VII. duplici diplomate, Paulus III. Pius V. Gregor. XI. I. Paul. V. Clem. X. & habentur in Officio divi VII. no in festo S. Simonis 16. Maji, & circa dicta verba jã dedi duas expositiones gravissimorū authorū XIII.

Tertio. Non patietur incendium æternum. In Purgatorio nempe, & hæc mihi videtur vera & genuina, & eam etiam tradit Generalis Stratus, & M. Lezana, & alius explicamus, nam, æternum non semper dicit tempus, seu durationem sine termino sed etiam frequenter dicit tempus finitum, & determinatum, vel longum.

Postquam Deus castigavit primos Parentes ob situm peccatum ejecit eos de Paradiso ait. Ne forte Adam mittat manum suam, & de ligno vite comedat, & vivat in æternum Genes. 3. n. 22. Jam contra eū erat promulgata sententia mortis vivis in æternum, id est longum tempus. Ita Rupert Lippom. Lyran. abulens. Hugo. Calet. Pereira, Cornel. tabay, & sic explicant illud dictum à Deo Abrahamo Genes. 17. n. 7. Dabo tibi, & se vivit tuo terram Canaan in possessione æternam, nempe usque ad Christum, nam postea ejeti sunt ab illa, sicque dicitur eodem. 17. n. 13. Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Est sermo de Circūcisione, ut ait Inter linealis, quæ duravit usque ad Baptismū Baruch. 4. n. 1. Hæc liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum, & duravit usque ad Evangelium, & eodem sensu idem habetur Exod. 31. num. 17. Idem docet D. August. q. 4. super exod. cap. 12. num. 14. Et faciatis diem huic in progenies vestras, legatum æternum, quod erat legis veteris, quæ in morte Christi finita, & extincta est.

Sicque dicitur de servo Deuteron. 15. n. 17. Perforabis aurem ejus, & serviet tibi usque in æternum Origenes apud glossam per multum tempus sicque Josue. 4. n. 7. in Jordane, Positi sunt isti lapides in monumentis filiis Israël usque in æternum, hoc est in multum tempus, sicque acclamabat Dav d. 3. Reg. 1. n. 3. Vivat Dominus meus Rex David in æternum. Sic etiā Tho. 1. p. q. 1. art. 2. ad 2. explicans illud Exod. 15. n. 18. Dominus regnabit in æternum, & ultra. Ubi advertit Æternum ibi sumi pro tempore certo, & determinato, quod etiam habet Suar. lib. 9. de leg. c. 10. n. 19. cum supra æternum additur ultra.

Sensus ergo est, quod illi Carmelitæ, qui in gratia decedunt, quorum animæ sunt in Purgatorio, non patientur incendium æternum, id est per multum tempus, sed per intercessionem Virginis Mariæ liberabuntur, ad quod nobis maxime persuadet ejus ingens pietas, & etiam suo dato verbo æternum non patientur, & ad hoc dedit in signum sui amoris Sacrum Scapulare. Cum Judas non agnosceus mulierem fornicatus esset cum Thamar, & ob id ei dedisset anulum, & armillam, & cum inventa esset conceptis, & accusaretur à Juda judice mandata est comburi; Illa verò armillam, & anulum misit ostendere Judæ, dicens de viro, cuius hæc sunt concepti. Ille verò cum vidisset sui amoris signa eam ab igne liberavit. Genes. 38. num. 25. Vide supra q. 24. num. 219. Si Judas, & alii ut Angeli in Apocalyp. 7. ut jam dixi supra, viso sui amoris signo liberant ab igne, ac communi devestatione, quanto magis ipsa pietatis, ac Misericordiæ Regina suos devotos, ac filios tanto sui amoris signo, Sacro nempe Scapulari adjuvabit & defendet, ut ab igne exeat.

Pro filia sanitate clamar Chananæa, ob cujus importunitatem pro ea rogant Apostoli, Dimite eam quia clamat post nos, quibus Dominus respondit Sf 3 dens.

Joannes Clem. XXI. Alex. V. Clem. VII. Paul. III. Gregor. XIII. Paul. V. Clem. X. Pius V. 337. Stratus Lezana. Æternum ali quam do pro tempore determinato. 338. Gen. 2. Rupert. Lippom. Lyran. abulens. Hugo. Caletan. Gen. 17. Interlin. Batac. 4. Exod. 31. D. Aug. Exod. 12. 339. Deut. 15. Origen. Josue. 4. 3. Reg. 1. D. Tho. Exod. 15. Suar us. 340. Virgo clemens signo amoris viso. Gen. 38. Apoc. 7.



dens ait, Non sum missus, nisi ad oves, qua perierunt domus Israel. Matt. 15. n. 24. In quo ut ait D. Paschasius, Israeli declaravit se valde propitium, & quomodo in hoc tam affabilis dei benignitas in Israel, respundet? Cum ipse sanaverit valde mirabiliter filiam mulieris, maxime sane, si ipse tam clementer se exhibuit cum aliena muliere, inde aperte fiebat manifestum quanto meliori, ac affabili modo se exhiberet cum filiis populi sui. Si ipsa Misericordiarum Mater tanta indulgentia profertur omnes animas Purgatorii, ut vidimus superiori quaestione, quis poterit dubitare de extensa ejus benignissima manu erga nos quos ipsa suos voluit vocari filios.

QUAESTIO XXIX.

Quare hoc tantum Virginis patrocinium animabus Purgatorii dicitur praecipue in die Sabbathi.

342. Hoc Virginis ad iutorium erga animas fratrum Carmelitarum dicitur in diplomatibus Summorum Pontificum, Praecipue in die Sabbathi. Quia hic dies ab antiquissimis temporibus dedicatus, & consecratus fuit Beatissimae Virgini, Urbanus II. anno 1096. in Concilio Claromontano instituit officium B. Virginis in Sabbatho, ut ex aliis refert Gavant. lib. 8. de communi dedicationis Eccles. cap. 6. fol. m. l. 141. Rationem, & fundamentum hujus dedicationis in Sabbatho quarimus.

Primo Aletis 3. p. summae q. ult. mem. 5. art. 1. & August. Vuichmarts lib. cui titulus Sabbathinus Marianus cap. 4. existimant; quod sicut feria sexta Passioni Christi dicata est, sic & Sabbatum angustis & doloribus ejus matris, dicam etiam desideris, quae Sanctissima Virgo patiebatur de filio suo, quae solemnitas desiderium Virginis multa devotione celebratur in Hispania, ac Portugalia.

Secundo Petrus Damianus lib. 2. epist. 14. Gregor. Calvenerius Kalend. Virg. in principio cap. 7. Quia Sabbatum dies est requies Dei, quia in eo requievit ab universo opere, quod par var. Gen. 2. num. 3. Sic Sanctissima Virgo est Divini Verbi, requies, ut ipsa de se testatur. Eccles. 24. num. 12. Qui creavit me requievit in tabernaculo meo. Sic ait D. Bernard, serm. de B. Maria: Altissimus sibi Mariam, quasi mundum specialissimum condidit, hac est unica illa salutaris semina, in qua sola quaesita in omnibus requiem invenit.

Tertio ait Durandus in Rationali divini offic. lib. 4. cap. r. num. 35. Sabbatum proximum, ac juxta Dominicam diem, ideo consecratum est Virgini, quia ipsa est janua, & porta, per quam introimus, ac habemus accessum ad Deum; & per illam pervenimus ad Dominicam Resurrectionem.

Quarto hanc rationem desumo ex doctissimo Idiota, qui ait, Mater Maria perennes Canales omnibus diebus, horis, & momentis caelestium donorum in nos. Ideo Ecclesia Sancta Divino Spiritu gubernata ultimam diem totius hebdomadae consecrat B. Virgini Mariae, tanquam celebrans, ac gratificans tot, & tanta dona, quae continuo recuperat per totam hebdomadam, ac per ipsum Sabbatum; sicut Deus in primo rerum officio, benedixit diei septimo, & sanctificavit illum, quia in eo cessaverant omnia opera, quae creavit Genes. 1. num. 3. & dabat hominibus, sic Ecclesia sanctificat diem septimum in

honorem B. Virginis ob praclara dona per tot illos dies ab ipsa facta, hominibusque elargita.

Quinto ut habet Costerius meditat. 38. de B. Virgine ab Ethnicis Sabbathum dicatum, Saturno Prothoparenti suorum falorum deorum, Ecclesia sancta omnia reformans in melius, & ad cultum Dei ipsum Sabbathum consecrat B. Virgini Mariae Matri Unigeniti Filii Dei, sicut dicitur in Breviario 1. die Augusti de Catenis D. Petri ob magnam ejus miraculum, honor, qui eo die Augusto Caesari tribui solitus erat, Petri vinculis haberi capis.

Ad calcem hujus quaestiones notandum est id, quod refert M. Lezana Maria Patrona cap. 5. num. 29. ad sui, ex gravibus Authoribus Casario Heuterbachensi, Vincetio Bellovacensi, Thoma Cantipratano, qui omnes, & alii merito nobis fratribus, ac etiam fratribus Carmelitanis applicent illud Job. 5. n. 19. In sex tribulationibus liberabo te, in septima (scilicet Sabbatho) non tanget te malum ob singulare Virginis Mariae patrocinium in Sabbatho, quo non amplius tanget te malum ignis.

QUAESTIO XXX.

Quae conditiones requirantur ad has indulgentias lucrandas?

Primo juxta Constitutiones Joannis XXII. Alexand. V. Clement. VII. Greg. XII. Debet portare Scapulare Religionis, coloris grisei, seu uvae pastae, qui pro prima vice debet esse benedictus a Praelato religionis vel, de ejus commissione, quam generalis potest dare pro tota religione, Provincialis pro sua Provincia, Prior pro suo conventu. Ita Rodrigues tom. 1. q. 9. Regul. q. 8. art. 1. Luc. in compend. Hystor. Carmelit. Thomas a Jesu lib. 2. c. 8. cap. 4.

Secunda conditio est juxta nostras Constitutiones p. 1. c. 2. s. n. 7. ac Bulla Pauli V. ac Decretum sanctae Inquisitionis cum sit ultima constitutio, scribi in libro quamvis Bulla Greg. XIII loquatur sub disjunctione, ingredi confraternitatem, vel confratru numero adscribi, sicut in confraternitate corde S. Francis debet scribi in libro, ut tenet Rodrig. 1. q. 9. reg. q. 8. art. 1. Cherb. comp. bull. in Sixto V. n. 13. Tertia conditio servare castitatem pro ratione sui praesentis status, ad quod non requiritur votu, sed simplex animi dispositio, & de uno statu bene potest transire in alium, ut Virgo quae servabat castitatem Virginalem, postea transiens ad matrimonium, debet servare castitatem conjugalem.

Pro hac tamē re id notandum est quod si aliquis ex humana fragilitate, ter vel pluries contra castitatem deliquerit, si tamen ex corde poeniteat firmiterque proponat iterum servare castitatem hujus Indulgentiae fit particeps, Ita Thom a Jesu citatus, M. Lezana maria Patrona cap. 12. c. 23. & optime fundatur in illo Ezechielis 18. Si impius egerit poenitentiam de omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor. De quo D. Thom. 3. p. q. 89. art. 5.

Quarta conditio est in lectionibus apposita Praecepta Paulus V. apponit officium parvum B. Mariae recitare, quae conditio bene suppletur, & adimpletur per recitationem magni officii divini juxta Breviarii approbatu ab Ecclesia, una, eadeque actione potest quis satisfacere pluribus praecceptis, & praeccepto & Indulgentiae, v. g. Qui communicat in die Pascharis satisfacit praeccepto Ecclesiae, & potest lucrari indulgentiam. Ita Sanctarellus, Comitol. Laym. Fernad & alii, quos citat, ac sequitur Diana Ordinatus

natus tom 4. tract. 4. de Jubilaeo resol. 34. alias p. 5. tract. 12. resol. 54. & 5. Qui autem Officium parvum B. Mariae recitant, vel non possunt recitare, potest in aliud opus commutari, ut statim dicam.

354. Quinta & ultima conditio est, ut a carnibus se abstineant Feria quarta, sexta, & Sabbathi, quod ad lucrandam hanc indulgentiam observandum est, ut in Hispania, Gallia, Brabantia, ex quibus ex consuetudine in Sabbatho liber aliquid carnis manducare, tamen ad hanc indulgentiam lucrandam tenentur illis diebus a carnibus abstinere, excepto si in illis incidat festum Nativitatis, sicut adolecentes, qui non attingunt annum vigesimum primum, si volunt lucrari jubilaum praecipiens jejunia, teneatur jejunare. Ita Alphons. de Leone tract. de Jubil. p. 2. q. 4. sect. 3. n. 144. & Azor, Graffis, Bonacin. Tolet. & alii Fagundez Praecept. 110. 1. cap. 8. n. 5.

Alphonf.

Fagund.

355. Di p. n. satio.

In hac abstinentia carniū ratione infirmitatis, indispositionis, debilitatis, ac senectutis potest fieri aliqua dispensatio, vel melius commutatio judicio Confessoris, ac Praelati ut tenent communiter citati Doctores de jubilao praecipiente jejunia.

Textus Tot ergo tantisque beneficiis Ordo cumulatissimus sollemnem commemorationem Beatissimae Virginis ritu perpetuo ad ejusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.

EXPOSITIO.

356. Cum Sacratissima Virginis Mariae sint perpetua beneficia in hanc suam Religionem, & quotidie illius dona in nos defluant, hanc sollemnem commemorationem ad illius gloriam, & honorem instituit, quae commemoratio 16. Julii jam habuerat suum initium sub Honorio III. anno 1226 & instituta fuit in gratiarum actionem ob magna beneficia, & miracula, quibus per intercessionem Virginis Mariae Religio liberata est a multis persecutionibus, ac adversitatibus ut dixi supra q. 20. Cum vero Beatissima Virgo eadem die 16. dederit sacrum Scapulare Sancto Simon, inde majori pompa, ac solemnitate cepit recolli, ac venerari.

Festum Julij

QUESTIO XXXI.

Proponuntur aliqua obsequia ex parte Religionis Carmelitanae erga Sacratissimam Virginem, quae omnia limantur ex ejus singulari auxiliio gratia, & patrocinio.

357. Multi, & amplissimis verbis in hoc intento patitur Bostrius de Virginis patronatu c. 14. ubi multa verborum copia se habet, & ex eo Lezana maria Patrona c. 11. ex quibus aliqua dicemus, & aliqua addamus.

358. Primum Elias in vertice Carmeli in nubecula parva Sanctissimam Virginem cognovit, & adoravit, suam purissimam Conceptionem venerans, eique filios suos dedicavit, ut ostendit supra q. 12. per totum. Secundum Elias in eodem Monte Carmelo in honorem ejusdem Virginis sacellum aedificavit ut magno Auctorum numero probavi q. 14. & 16. n. 148. ut valde probabile dixi sacellum fuisse erectum sub titulo Conceptionis Virginis Tertium Carmelitae fuerunt primi omnium, qui

Sacellum aedificavit.

359.

adhuc ipsa Sacratissima Virgine vivente, ei aedificaverunt, atque consecraverunt Templum in ejus honorem, ut dixi supra q. 15. in quod quotidie conveniebant vespere, & mane, ac meridie ad decantandas Virginis laudes, ut dixi supra n. 158.

Quarto, in illa sacra domo Jerosolymis juxta portam auream, in qua Beatissima Virgo fuit concepta, & nata, sic de illa scribit antiquissimus Joannes Hildensinus discipulus Sancti Petri Thomae I. de principio Ordinis Fratrum B. Mariae de Monte Carmelo cap. 14. ubi ait. Traditum tenemus a Patribus, quod primum Conventus Ordinis, post Montis Carmeli Collegium, fuit in loco, qui vocatur aurea dicitur in quo Joachim, & Anna convenerunt, & in illam conjunctionem consenserunt, ex qua Virgo fuit concepta, & nata. Expende verbum Traditum habemus. Idem scribit Balduinus, Laertius Atrabatenis Author fratre ducentis annis, in collectione exemplorum, & per auctorum. 1. Joannes Veneta etiam Author antiquus, tract. de Carmelit. Palaeon. l. 2. c. 1. Petrus Lucius Belga in Compend. c. 8. Reverendissimus Generalis Joannes Grossius in suo Viridario ap. 1. Arnold. Bostius. 1. Hystor. c. 23. Osephus Andreas. Decore Carmeli 15. n. 45. quod postea a Sancta Helena Constantini matre fuit reaedificatum.

Car. in prim. omnium.

360. Domus in qua concepitur B. Hildensinus.

Balduin. Laert. Joan. Vener. Balzon. Petr. Lucius. Grossius. Arnold. Joseph. And.

Quinto illud magnum beneficium in nos Sacratissimae Virginis non est praeterendum, supposito quod de illis templis egimus mentionem, quod illa sacratissima domus Nazareth, in qua facta fuit Annunciatio Angelica, & illud ineffabile & sane admirabile Incarnationis Mysterium in virginali utero Sacratissimae Deiparae celebratum fuit, plusquam per mille annos extitit in Galilaea sub Cura Carmelitatum, & restituta est ab Innocentio VIII. anno Christi 1489. ubi cum multis Authoribus Bzovius n. 17. in suis Annaibus n. 3. & plures citat de patronatu, & haec est illa praclarissima Domus, quae hodie Lauretana dicitur, & in toto Orbe veneratur.

361. Domus Nazareth.

Bzov. Lezana.

Sexto Carmelitae extiterunt propugnatores excellentiarum Sacratissimae V. Mariae. D. Dionysius Papa Paulum Samofatenum negantem Christi Divinitatem, ac consequenter Deiparam esse dei matrem duplici Antiochia coacto Concilio condemnavit S. Cyrillus Alexandrin. Nestorium, illiusque sequaces asserentem Virginem Mariam non esse dicendam Matrem deipae Caelestini I. Legatus in Concilio Ephesino eorum pestiferam dogma damnavit, ac delevit, ac B. Virginem Mariam Dei Matrem veram esse definivit, ac confirmavit. D. Joannes Damascenus contra pravos ac pestiferos haereticos, qui Virginitatem Mariae diabolicè negabant doctissime multa scripsit de Virginitate Mariae, fortissimisque argumentis eorum errorem convicit, unde illi exacerbari in ejus Cellam ingrediuntur, manum dexteram amputant, & inter stercorea, ac faces abscondunt, divinitus illi restituitur, ut ex ejus vita ad initium suorum operum constat.

362. D. Dion.

D. Cyril.

D. Damasc.

Septimo: Cum nostra sacra Religio sit valde ampla, & diffusa per totum ferè Orbem omnes nostrae Ecclesiae majori ex parte sunt sub titulo Virginis, Mariae, & eius honori dedicatae ac consecratae, quod sibi beneplacitum esse testificans per has sacras Imagines multa edidit miracula, ut per sacram Imaginem Neapoli, Olyssipone Vidiguera & aliarum, & in hoc Regali Conventu Olyssiponensi in ejus magnifico Templo sunt viginti tres Capellae, seu Altaria, & in omnibus resplendet Imago Sanctissimae Virginis Mariae sculpta, seu depicta.

363. Nostri Conventus ferè omnes sub Virginitate titulo.